



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XII. Markgraf Ludwig vereignet dem Marien- und Johannis-Altare in der Nicolaikirche zu Tangermünde verschiedene Besitzungen, am 18. Mai 1335.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

XII. Markgraf Ludwig verzeignet dem Marien- und Johannis-Altare in der Nicolaiskirche zu Tangermünde verschiedene Besitzungen, am 18. Mai 1335.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Ludeuicus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, Comes Palatinus Rheni, Dux Bauarie, Sacrique Rom. imperii Archicamerarius, omnibus Christi fidelibus etc. Proinde ad rei geste memoriam sempiternam recognoscimus publice et ad uniuersorum noticiam cupimus peruenire, quod deliberato animo et maturo nostrorum consilio donauimus et dedimus et presentibus donamus donatione sollempni ad altare B. et gloriose virginis Marie et S. Johannis Euangeliste ac S. Agnetis virginis situm in ecclesia S. Nicolai opidi Tangermundis proprietatem bonorum infra scriptorum scilicet nouem modiorum siliiginis et totidem modiorum auene, qui in villa Miltharde de curia, in qua nunc quidam dictus Pelz residet, consueuerunt exfolui; Item unius talenti denariorum, quod in villa Dalim in festo B. Martini de villanis ibidem, et unius talenti, quod in villa Demeker de subditis Jan de Arnstete in festo Walpurgis hic et ibi solet exponi; Item curiam duorum mansorum sitorum in campis ville Colebu cum omnibus fructibus et prouentibus, qui ad VI frusta et dimidium se extendunt, atque cum omni iurisdictione et juris integritate in supremo et infimo nec non cum omnibus commodis, honoribus, pertinentiis et utilitatibus eorundem. Decernimus itaque jam dictos duos mansos ceterosque redditus prenarratos ab omni pacto decima et ab uniuersis ac singulis seruitiis tam curruum quam alius, quibuscunque etiam nominibus censeantur, ab aduocatia, a precaria et ab uniuersis seruitiis, subsidiis, injuriis et incommodis penitus liberos ad idem altare iugiter pertinere, ut memoria nostri nostrorumque progenitorum in singulis missis in dicto altari dicendis perpetuis temporibus habeatur. Preterea jus patronatus sepedicti altaris cum pleno et omni jure electionis ac collationis quotiescunque vacauerit ad plebanum in supra dicta Tangermund quicumque pro tempore fuerit libere pertinebit. Renuntiantes igitur nomine nostri nostrorumque heredum et successorum renunciatione debita et sollempni ipsi juri patronatus et proprietati mansorum atque aliorum reddituum premissorum quoad omnem fructum et usum seruitii et precarie nec non quoad omne jus quod nobis aut nostris heredibus seu successoribus ex quacunque causa posset competere in futurum. Et ne super hujusmodi donatione nostra alicui in posterum posset dubium suboriri, presens scriptum nostri appensione sigilli iussimus communiri. Datum Vrankensurd, anno domini M^o. CCC^o. tricesimo quinto, quinta feria post Dominicam, qua cantatur Cantate domino.

Nach dem Orig. im Königl. Ges. Staatsarchive. — Gerden III, 319—321.

XIII. Herzog Otto bestätigt dem Elisabethaltare in der Stephanskirche zu Tangermünde die Schenkungen seiner Vorgänger, am 10. Oktober 1335.

Dei Gratia nos Otto, Dux in Brunefvic, recognoscimus publice per presentes, quod visa donatione triginta solidorum de decem mansis in villa Dalem et duobus mansis in Villa Gilto, facta per illustres nostros predecessores altari b. Elizabeth sito in ecclesia S. Stephani in Tanger-